

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

LXXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

hæc nostræ pietatis concessio firma sibi & illibata subsistat, presens nostræ Majestatis privilegium per manus Aldoini Notarii & fidelis nostri scribi, & nostræ Majestatis sigillo jussimus communiri. Anno & die subscriptis -

- Data in Civitate *Cathanie* per manus Gualt - - - - Cathanien-
sis Episcopi & Regni Sicilie Cancellarii. Anno Dominice jncar. M.CC.X.
mense januar. XIII. indiçt. regni vero Domini nostri Frederici - - -
anno Duodecimo - - -



LXXII.

BERTOLDUS ZARINGIÆ DUX, ABBATIÆ
TURICENSIS FUNDATIONEM ATQUE JURA
CONFIRMAT.


ANNO MCCX.

Ex autographo tabularii Turicensis.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. BERCHTOLDUS *Dux Zaringie*,
Dei & Imperatorum ac Regum dono constitutus *Judex & Advocatus*,
qui vulgo *Kastvogt* dicitur, id est, in omne Thuregum Imperialem Ju-
risdictionem tenens, Thuricensi Abbatie in perpetuum: Cum ex condi-
tione mortalium rerum etas omnium defectum inducat, ita ut clarissi-
morum tum nomina quam gesta pro fluxu temporum plerumque contin-

gat abrogari, visum est temporibus nostris expedire, ut primi fundatoris predictæ Abbatiæ scilicet Domini Ludovici Regis acta pro firmitate & incremento ipsius abbatiæ, nos etiam nostro rescripto feliciter innovemus. Que ergo annulo regali & publico sigillo signata ex antiquis privilegiis prefati Domini regis & exposita sincere ac diligenter intelleximus ipsa hec eadem nihil prorsus addentes, nec aliquid inde minuentes eodem tenore ipsi abbatiæ Sanctorum Felicis & Regule martyrum hac presenti pagina roboramus. Imperiali ergo auctoritate, qua super universon Thuregum nos aliique nostre profapie decessores, Dei, Regum ac Imperatorum dono prediti sumus, hoc sancimus & decernimus, ut predictæ Abbatiæ nostre terra, que vocatur Salica, ad quamcunque Curtem monasterii pertinens bis in anno vacet in Kal. Maji & in festo Michaelis Archangeli S. omnes Decime monasterii vacent ij. Idus Novembris, preter eas, quæ sunt in Urania, hæc namque bis in anno vacare debent III. Kal. Ap. & in Kal. Julii. Piscature vero in festo Andree, cum suis pertinentiis, mole quoque cum suis appendiciis III. non. Januarii, Custodie nemorum cum universis attributis suis XV. Kal. Aprilis, Taberne cujuslibet Curtis in festo Baptiste: Theloneum falis & cura pastoralis in vigilia nativitatis Domini, & hec nulla unquam contradictio valeat impedire. Inhibemus quoque sicut & ab ipso primo fundatore inhibitum reperimus, ut in hoc de his que pertinent ad predictum monasterium nostrum, ulli unquam liceat, aut alienare aut in deterius permutare. Ceterum si contra hanc prohibitionem, siue utilitatis siue necessitatis causa fortasse aliquid contingat fieri sano fiat consilio & ab honestis personis preuo Juramento quidem expediat, & ne

ne factum in posterum irritetur in scripto redactum tam sigillo Sanctorum Martyrum F. & R. quam & publici Judicis roboretur: Ut autem hec confirmatio nostra firma semper maneat prout de suprascriptis omnibus, coram nobis & ministerialibus Abbatis sententialiter pronuntiatum fuit, hanc descriptionis nostre paginam sigilli nostri munimine stabili-
mus: Actum in Burgundia in Castello Burgdorf. Anno ab incarnatione Domini M. CC. X. Indiēt. XIII. Anno Domini Imperatoris I. Ottonis — VI. Kal. Aprilis. In Dei nomine feliciter. Amen.



LXXIII.

EX LITERIS FRIDERICI II. IMP. ARGENTINENSIBUS
DATIS DE LIBERATIONE EGENOLFI DE
LANDSPERG.

A N N O M C C X I I.

Ex Wenckeri collectis Archiv. & Cancell. juribus. p. 353.

Fridericus &c. Quemadmodum nostro culmini supplicastis, ut pro Egnolfo de Lantsperg concive vestro, quem per *Henricum Marchionem de Hahperg* diciis captivatum; eidem Marchioni pro liberatione ipsius mitteremus nostras litteras efficaces. Ita noveritis nos jam dicto

Cod. Dipl.

S